


itaque in qua est linea d b e, quae est orthogonalis sup axem speculi, palam qm secat speculum secundum circulum per 100. primi huius, sup punctum itaque d, parietis domus signato puncto f, ut propinquius convenienter possit fieri, ducat a puncto f, linea aequedistans lineae speculi, quae est a b c, cuiuscumque quantitatis placuerit, quae sit g f h, & eius medius punctus sit f, copuleturque linea f b, quae producatur ultra punctum f, trans murum in puncto k, & perforetur paries secundum lineam g f h, itaque ergo ex alia parte superficie murari maior fiat excissio rimae parietis quae super speculum, sicut consuevit fieri in fenestris domorum, fiatque totalis illa excissio rimae secundum extensionem lineae b f k, sitque illa rima f k l, & a puncto speculi, quod est b, ducat linea erecta super superficiem speculi, quae erit perpendicularis super lineam d b e, quaeeducta extra speculum sit b m, angulo quoque k b m, fiat super punctum b, terminum lineae m b, angulus aequalis, qui sit m b n, ducta linea b n, a punctis quoque g & h, quae sunt extrema puncta lineae g f h, ducantur lineae ad speculum quae sint g a & h c, quae productae concurrant in puncto o, superficiei circuli secantis speculum in puncto b, ducaturque linea b o, facta quoque tali resectione lineae b n, per 3. primi, ut ipsa fiat aequalis lineae b o, dico quod si in puncto n, ponatur centrum visus, quod ad ipsum reflectetur forma lineae g f h, a linea longitudinis speculi, quae a b c, hoc autem patet per 30. huius, forma quoque totius lineae g f h, videbitur extra speculum, scilicet intra speculum & inter lineam g f h, extra punctum d, lineae d e, contingens speculum in puncto b, ut patet per 49. huius, si itaque lineae o g & o h, producantur trans murum in puncta, & copuletur linea una quae sit p k q, in qua tabula aliqua depicta ordinetur ultra murum, ita ut media linea formae in illa tabula depictae situeretur super lineam p k q, taliterque disponatur quod per visum existentem in puncto n, vel extra illud uideri non possit forma depicta in tabula, videbitur tamen visu sic disposito imago illius formae in aere reflexa a speculi superficie columnaris. Simili quoque modo diligenter intuetor potest sistere speculum pyramidale convexum in centrum visus per 41. & per 49. huius; a speculis vero sphaericis convexis adeo regularis reflexio non fiet ut a oppositis speculis, patet ergo oppositum. Secundum hunc itaque modum studiosus percuntator inuigilet, quoniam hoc quod hic praemisimus in praesenti theoremate exempli causa fecimus, ut ex huius libri septimi diffusiore via perquisitionis diversi artificii pateat animae diligenti.



tal is illa excissio rimae secundum extensionem lineae b f k, sitque illa rima f k l, & a puncto speculi, quod est b, ducat linea erecta super superficiem speculi, quae erit perpendicularis super lineam d b e, quaeeducta extra speculum sit b m, angulo quoque k b m, fiat super punctum b, terminum lineae m b, angulus aequalis, qui sit m b n, ducta linea b n, a punctis quoque g & h, quae sunt extrema puncta lineae g f h, ducantur lineae ad speculum quae sint g a & h c, quae productae concurrant in puncto o, superficiei circuli secantis speculum in puncto b, ducaturque linea b o, facta quoque tali resectione lineae b n, per 3. primi, ut ipsa fiat aequalis lineae b o, dico quod si in puncto n, ponatur centrum visus, quod ad ipsum reflectetur forma lineae g f h, a linea longitudinis speculi, quae a b c, hoc autem patet per 30. huius, forma quoque totius lineae g f h, videbitur extra speculum, scilicet intra speculum & inter lineam g f h, extra punctum d, lineae d e, contingens speculum in puncto b, ut patet per 49. huius, si itaque lineae o g & o h, producantur trans murum in puncta, & copuletur linea una quae sit p k q, in qua tabula aliqua depicta ordinetur ultra murum, ita ut media linea formae in illa tabula depictae situeretur super lineam p k q, taliterque disponatur quod per visum existentem in puncto n, vel extra illud uideri non possit forma depicta in tabula, videbitur tamen visu sic disposito imago illius formae in aere reflexa a speculi superficie columnaris. Simili quoque modo diligenter intuetor potest sistere speculum pyramidale convexum in centrum visus per 41. & per 49. huius; a speculis vero sphaericis convexis adeo regularis reflexio non fiet ut a oppositis speculis, patet ergo oppositum. Secundum hunc itaque modum studiosus percuntator inuigilet, quoniam hoc quod hic praemisimus in praesenti theoremate exempli causa fecimus, ut ex huius libri septimi diffusiore via perquisitionis diversi artificii pateat animae diligenti.

# LIBER OCTAVVS



**N**otificatis aequaliter passionibus speculorum planorum & convexorum regularium ut sphaericorum columnarium & pyramidalium, superest nunc ut de speculorum concavorum proprietatibus aliqua conscribamus, sicut de illis in quibus plus resultat reflexionum diversitas & mirabilis diffusio naturalium formarum, visumque aspicientium deceptio multiformis. Specula vero concava regularia prout in quinto huius scientiae libro propositione octava declaravimus, sunt tamen tria, scilicet